+

M. R. P. e M. o

Amigo y Sr. El Pe. Mo. Capp. del S. Sto. me comunicó la de V. de 12 de este; en q. agradezco las expresiones de Pasquas, q. deseo a V. muy felices con muchos años; y la confianza, q. se sirve hacer de mi cortedad en q. à la duda, q. remitiera: q. propondré según la he percibido, usando de lengua latina por mas expedita para estos puntos, y traiendo las doctrinas del S. Sto. en los sentenciarios, respecto de q. la duda es, sobre q. rinto, y los escrivia.

Dubium literale circa mentem D. Thom. d. 17 q. 3. a. 2. q. 1: et in suplem. q. 9. a. 1.

quo id quærat, et resolvat; an de sacram.to ipso pœnitentiæ integrato ex omnibus eius partibus essentialibus; an tantum de altera parte, sc. confessione, ut actu exercite n. integrante sacram.ti?

Supponit hoc dubium, q. licet aliud videatur præseferre in cortice litera, tamen nomine contritionis, dum de illa agit, ut parte essentialiter necessaria ad integritatem essentiæ sacram.ti pœnitentiæ d. 16 q. 1. a. 1. q. 3, intelligit dolorem excludentem etiam voluntatem de cætero peccandi, q. ut abstrahit à perfecto et in charitate radicato (qui absolute et perfecte dicitur contritio) et ab imperfecto, qui attritio dicitur, et est affectus specifice diversus à contritione perfecta, ut docet S. Doct. ibi dist. 17. q. 2. a. 1. q. 3. Utitur autem semper nomine contritionis, ut servet in assignandis partibus sacram.ti pœnitentiæ modum antiquum Ecclesiæ, quem tenuit etiam Trid. sess. 14, dum docens cap. 3. veluti in communi essentialia sacram.ti pœnitentiæ, post expositam eius formam, sunt autem (inquit) quasi materia huius sacramenti ipsius pœnitentis actus, nempe contritio, confessio, et satisfactio. Vel si mavis (q. tamen non ita placet) ideo semper utitur nomine contritionis; quia præcipuus scopus fuit agere de sacram. exercite fructuoso: ad quod licet non requiratur essentialiter actus contritionis tamq. pars causans cum aliis remissionem peccatorum; hac tamen in sententia plausibili, cui adhærere Cajet. et Ferrara, non petitur, nisi ut dispositio ad receptionem gratiæ adsit contritio actualis, quæ aderit ex vi sacramenti, si obex à recipiente non apponatur. Sed utrumque sensisse D. Th. in libris sententiarum non est ita certum; principalem autem suppositionem ex locis illius scripti evincit Mag. Prado. De pœnit. tract. 7 De partibus sacr. pœnit. q. 3. dub. 2. n. 8. Quibus addi potest locus ex d. 17. q. 1. a. 3. q. 2 ad 3: et dist. 14. q. 1. a. 2. q. 1, dum docet q. pœnitentia ex timore servili oritur, et consumitur. Ubi nomine pœnitentiæ primo existentis in corde, et immediate à timore procedente, solum potest intelligi dolor imperfectus, ~~[illegible]~~ existens primo in corde: postea autem (ut docet ad 2m) prodit exterius per confessionem, et satisfactionem. Et de his plus quam satis. Tametsi haec sic prælibare importunum debeat videri; cum sic magis pateat difficultas, quæ adest in rationibus dubitandi, quas mox proponimus.

Videtur equidem q. saltem resolutio S. Doct. procedat de confessione ex parte quidem et affectu inefficaci pœnitentis sacramentali, sed re vera actu non integrante sacram.ti pœnitentiæ. 1.o quia de sacram.to in communi agit dist. 14: de partibus autem eius etiam in communi dist. 16: ergo sicut dist. 15 egit diverse de satisfactione, et dist. 17 in duabus prioribus quæst. de contritione, ut distincta ab aliis partibus et ab ipso sacram.to; in quæst. 3 diverse agit de confessione, ut distincta. 2.o Alioquin conferendo ergo. 2.o tamen cum distinctione in loco quem servamus. si mens esset resolvere de ipsa ut actu integrante sacram.ti; non excluderet saltem attritionem, sed

AVSA

excludit: ergo. Mai. pat. quia illa exclusa non potest subsistere sacramentum, ut pote essentialiter integratum ex illa, nec quam essentia homini integratur ex corpore ut docet S. D. d. 16 q. 1. a. 1 q. 3: nec attritio ad hoc se habet ut in baptismo fructuose ut dispositio exacta ad fructum, ut docet ibidem q. 1. ad 2. Minor pr. verbis: confessio etiam potest esse in eo qui non est contritus.

V. si ex illa procedat confessio et fiet ex charitate

Si dicatur cum Mag. a S. Th. quod excludit contritionem, quae sit actus virtutis, non autem exclusionem, quia excludit tantum illam de qua loquebatur, quae non potest non esse formata: Contra est illis verbis iam loquitur de confessione ut est pars sacramenti quae est opere, etiam quod non elicitur a virtute vel in charitate; sed hoc ut non sit informis in sensu quaestionis a S. D. ibi, non requirit contritionem quae actus virtutis, sed sufficit attritio secundum communiorem sententiam satis fundatam in Trid. sess. 14 cap. 4; dum ut salvet, quod est informis, hoc est sine fructu, recurrit ad hoc, quod potest esse in eo, qui non contritus, per totum contritus intelligit dolorem ut praecendentem, et tunc etiam excludit attritionem.

4 3.° Informitatem statuit ut privationem propriam confessionis, ut patet ex solut. ad 2, quia illa confessione adesset etiam sacramentum, informitas etiam deveniret attritioni integrante essentiam sacramenti validi, quidem sed infructuosi: ergo resolvit de confessione exercite non integrante sacramentum.

5 4. Si agit de confessione exercite integrante sacramentum tunc existens, a qua procedere sacramentum sit bona ratio, ad modum quo valet: est hora tertia: ergo est dies, quo exemplo explicat S. Doct. dist. 16. q. 1. a. 1. q. 3. ad 2: ergo supponit quod homo non potest obtinere effectum veri sacramenti poenitentiae, quod est opus Dei: ergo manifeste complicaret supponens etiam obtinere effectum sacramenti.

6 5. Statuit confessionem nedum infructuosam quoad remissionem peccati, sed infectam fictione, sit peccatum mortale; et decernat, quod tali fictio est de necessitate confitenda in superventione; sed et peccato mortali implicat in eodem instanti attritio supernaturalis, quae essentiam sacramenti: ergo. Pr. min. nedum ex definitione, quam de dolore exacto ad integrandum tradit Trid. sess. 14 cap. 4, verum etiam ex doctrina S. Doct. insinuata n. 2. ex dist. q. 1. Nam attritio, quae prodit exterius in confessionem et satisfactionem, et sic integrat sacramentum poenitentiae oritur non quidem ex timore filiali aut initiali, ut contritio perfecta, sed ex timore bono tradititio et opposito timori mundano et perverso; sed timor servilis bonus, est ab Spiritu Sancto non quidem adhuc inhabitante, sed movente, qualis debet esse ille, ex quo contritio seu dolor, aut attritio integrans sacramentum excludit voluntatem peccandi, ut supponit et proinde est pro eodem instanti cum actuali peccato: ergo.

Sed contra est. Resolvit de confessione, quae licet sit informis, sit tamen sit valida, ut exemplificat

7 confessione illorum peccatorum, quae per illam subiecta sunt clavibus; sed hoc etiam in sententia expressa in illo lib. 4 sent. non subsisteret, nisi tunc esset verum sacramentum in sua essentia perfecte integratum tam ex parte sacerdotis quoad formam, quam ex his quae essentialiter sunt materiam consistentem in actibus poenitentis: ergo. Pr. min. licet S. Doct. dist. 17. q. 3. a. 3. cum Magistro teneat (quod et tamquam pium et utile refertur in decreto, adhuc post correctionem Gregorii XIII, Cap. Qui vult 1. De poenit. dist. 6. ex libro De vera et falsa poenitentia Aug.) quod in casu necessitatis deficiente sacerdote potest quis coram laico facere confessionem peccatorum, de qua in solut. ad 2 ait, quod est sacramentalis est quodammodo; tamen quod non est sacramentum, recte docet in solut. ad 3 (quod et iterum docet d. 20 q. 1. a. 1. q. 2. ad 2) necesse est, ut iterum confiteatur sacerdoti, cum copiam habere potuerit... ut manifeste de sacramento recipiendo impleat: quod ex ipsa traditione perfectiae ecclesia accepit. Quod convincit Cap. Quod quidam V. De poenit. et remissione, ubi Alex III decernit et declarat confessiones illorum, qui dicunt, quod non possunt abstinere a peccato, non sunt reiiciendae, sed potius recipiendae a sacerdotibus, quod licet ibi non sit vera poenitentia, ubi tamen potest esse sacerdos eis quadantenus medeatur per salubria consilia, quibus veram tandem disponat poenitentiam. Sicut ergo hic illa confessio recepta a sacerdote, non excusat ab iterata confessione quod non

V. poenitentiae

M. R. P. M. fr. Vic. Ferrer Cat. de la Univ. de Valencia. 8v iterum ...

AVSA

sacram[ti], licet pœnitens intenderet illa peccata subjicere clavibus; ita in praesenti, si non sentiret, quod per verum et completum sacram[tum] non posset dolere, quod ideo expectat ad iteratam confessionem.
adeo dicendum, quod S. Doct. directe quidem et immediate resolvit de confessione, ut est altera pars contradictionis ab alijs; at non resolvit de illa, nisi ut actu existente integrante sacram[ti]. – 1ª pars satis evincitur ex arg[to] sed contra. 1ª autem ex arg[to] 1º. et 3, propositionis 2 et 4.

autem occurramus obiectis, quae huic resolutioni quoad ad 2[am] partem obstant, notanda est doctrina S. Doct. ibidem dist. 17. q. 2. a. 5. q. 3, ubi inquirens: Utrum contritio possit esse ita parva, ut non sufficiat ad deletionem magnorum peccatorum? post quod distinxit de dolore qui est in parte sensitiva, et eo, qui est in ratione: de hoc ita habet in corp: Hic potest esse adeo parvus, quod non sufficiat ad rationem contritionis, ut si minus displiceret ei peccatum, quam debeat displicere: sicut etiam amor potest esse ita remissus, quod non sufficiat ad rationem charitatis. In quibus licet resolvat de contritione, tamen iuxta adnotata n. 1. nihil cogit, ut intelligamus de contritione perfecta: imo videtur haec doctrina extendenda ad attritionem: ut sensus quaestionis sit, an haec possit ita parva esse, ut neque in sacram[to] sufficiat ad remissionem peccati? maxime cum hic sensus favet resolutioni, quam modo veriamus. Ex hac a. doctrina habetur, quod sicut amor Dei regulatus per fidem et ex motivo supernaturali[*], est verus amor Dei et vere actus supernaturalis benevolentiae erga Deum, etiam quod non pertingit ad rationem charitatis, ut est innegabile, et nunc satis evincitur ex definitione Unigenitus, dum contra Quesnellium damnat propositiones 47: 53: et 54: docens nos proinde, quod obedientia, et cultus Dei possunt esse pij religiosi, et vere supernaturales, etiamsi eliciantur a non habente charitatem: ita dolor de peccatis cum proposito de caetero non peccandi potest esse verus dolor et vera attritio supernaturalis a Deo movente ad illum, etiam quod non pertingit ad perfectam rationem contritionis, imo neque attritionis exactae ad fructum sacram[ti]: si scil., ut ex DD. videmus, minus displicet peccatum quam debeat displicere. Nam si ut debet, displiceret; homo exactam adhiberet diligentiam, ut ab eo purgaretur per sacram[tum], et ita diligentem discussionem suae conscientiae efficeret, a corde penitus excuteret voluntatem peccandi, et ita neque doleret de praeteritis, verum efficaciter caveret de futuris: nec posset non extendi dolor saltem virtualiter etiam ad peccata post diligens examen memoriae non occurrentia: nec ad sacerdotem pro sacram[to] recipiendo accederet, nisi cum spe veniae: ut videas omnes casus in quibus DD. salvant sacram[tum] validum, et informe, comprehensos fuisse a S. Doct: et simul animadvertas, frustra ab aliquibus sententiam hanc fere communem limitari ad unicum casum, in quo scil. dolor non extenditur ad peccata non occurrentia memoriae.
Ex hic haud difficulter occurritur arg[to] 1º quod ad 1ª p. resolutionis; illud a. quod obstare posset 2ª parti occurretur in solut. ad 3.

Ad 2[m]. dist. min: exclusit attritionem ~~qualificatam ita ut~~ omnem etiam supernaturalem nego min: qualificatam ita ut quod illi peccata displiceant ut displicere debuit subdist: ut re vera existentem in subiecto pœnitente trado min: ut existentem in eius existimatione et notitia actuali nego min, et cons. Nec aliud infertur ex verbis DD. aut ipso textu articuli. Sicut enim, ut semper[*] exemplo illustraremus, si sciam urgere hic et nunc praeceptum de actu charitatis eliciendo; et diligam Deum in mea existimatione super omnia, non incurram reatum transgressionis praecepti, etiam si vera illa dilectio non pertingat ad rationem charitatis: ita si fide existimative bona doleam, et simul procedam ad confessionem omnium, quae sunt in mea scientia, non incurram reatum transgressionis praecepti de confessione, si tunc urgeat: imo sacram[tum] validum recipiam, quamquam informe. ~~Ad 3~~. Qua solutione data, non est opus ad illam doctrinam majorem a S. Th. recurrere.

in seqq: Ad 3[m] dist. maj: ut privative opponam, re metaphysice considerata nego maj. ... de differentia reconciliationis ad Deum utriusque animum.

[illegible]

moraliter consideratæ secundo maj: et secunda min neg. Rñ. Igitur specialiter hoc docet S. Bon.

confessione, quia hæc resolutio ordinatur ad securitatem credentiarum, et per sui strictura de-

ca id quia est magis sensibile, et notum homini. Huic consonat doctrina S. Doct. d. 22. q. 2. a. 2. [illegible]

docet quod licet efficacia magis pendeat ex absolutione quæ datur a Sacerdote, significatio tamen

est in sacramento principaliter consistit in actu pænitentis: et eadem ratione potest dici [illegible]

pænitentis principaliter consistit in confessione, ut pote magis sensibili. Sicut ergo licet S. Bon.

sacramentum saluet informe, tamen informitatis hac ratione specialiter afficiat confessionem [illegible]

ipsos actus pænitentis integrantes essentiam sacramenti, specialiter illam docuit confessionem [illegible]

subtilissima methodo in his etiam procedens; licet posteriores Doctores de hac subtilitate [illegible]

et tamen de toto sacramento hanc quæstionem exagitent.

12. Ad 2 neg. Rñ. quia sicut in naturalibus pharmacis stat, quod non fuerit obstaculum

eius confectione, nec in applicatione ad infirmum, et tamen quod pharmacum nequaquam

inducens sanitatem etiam post quam applicatum est, non sanet ob indispositionem infirmi [illegible]

13. Ad 5 Sequela absolute maj et pote expressa in S. Doct (licet in casu ignorantiæ [illegible]

per peccati mortalis tunc exercitii, videatur subobscurior maj a S. Th.) neg min. [illegible]

cimus quod attritio ita qualificata, ut secum etiam ferat oblationem effectivam ob-

reminiscentia peccati, est incompossibilis cum peccato actuali in eodem instanti: attritio [illegible]

tum in fide existimative bona pænitentis tollat obicem, compositum cum peccato, et [illegible]

re sensuali: et hæc sufficit ut integretur sacramentum.

14. Contra potest replicari 1. Si ita sensit D. Th.: unde hoc scivit? = 2o. Bona vel ma[la]

seu quod homo actu deum accedit ad confessionem sciat et cognoscat, quod et si doleat, non [illegible]

tamen quod displicere ei peccatum deberet, non variat substantialia illius doloris, sed ad [illegible]

aptet tollit dispositionem ad fructum: ergo si semel supernaturaliter doleat, et adequalem

etiam si agnoscat minus ei displicere peccatum quam deberet, ponetur sacramentum validum, [illegible]

me: sicut quod sine illa attritione post ponit omnia substantialia ad existentiam sacramenti

tum, hoc datur, etiam si recipiens mala fide procedat, agnoscens se habere necessariam [illegible]

nem ad fructum = 3o. confessio compossibilis cum peccato actuali patrato pro eodem instanti

sacrilega: ergo si hæc est valida et adimplebitur præceptum ecclesiasticum, tam quam confessione [illegible]

re sacrilegam adimplebitur præceptum. At hoc videtur expresse damnatum ab ecclesia

decretum Alex VII dum damnat 14 propositionem: et quod decretum Innoc XI dum damnat 55. [illegible]

15 Ad 1m dicimus, quod partes ex quibus essentialiter integratur sacramentum pænitentiæ [illegible]

ex institutione christi Domini, et non ex rationibus Doctorum; hoc scivit D. Th. per traditionem [illegible]

sicut per traditionem scimus esse septem sacramenta ecclesiæ: cum tamen differentia, quod de hac

est omnino certa faciens certam fidem theologicam; de illo autem non ita certa, satis tamen

ut faciat certitudinem moralem ex ipsa consonantia fere omnium Doctorum ecclesiæ: [illegible]

addidit in arg. sed pro congruentissima rationem, quam bene notavit exponendum [illegible]

16. Ad 2 Resp neg. cons.: quia tunc deficit altera conditio essentialis, nempe quod confessio [illegible]

si illam petitionem conditam non confitetur. Si, a, confitetur, sacerdos non absolvet, unde defi-

ciens deficit forma. Quia si sacerdos abutens sua potestate absolveret, cum in eodem [illegible]

expresse pro ratione suæ sententiæ suæ solum pravam voluntatem, sententia erit nulla [illegible]

iudicio humano, quia iudex expresse dat rationem iniquam pro sua sententia alias [illegible]

semper deficeret attritio adhuc illa imperfecta, quia de hoc peccato tunc patrato in illo instanti

sic attereretur et doleret, ac proinde, non adhiberet dolorem de omnibus peccatis, quæ actu sibi [illegible]

17. Ad 3. dist. Sequens: voluntarie omnino deserere neg. Rñ., interpretative se [illegible]

ad peccatum secundo Rñ. Nec illa censura predictæ sententiæ tangunt: quia illa 14 asserebat, quod [illegible]

voluntarie nullam satisfit præcepto confessionis annuæ: hic autem ponitur confessio, non nulla [illegible]

valida, et quia est ex conscientia recipientis pro instanti receptionis non sacrilega. Si, ar, post [illegible]

bonam existimative accedat ad communionem, illa communio forte non est sacrilega. [illegible]

M. R. P. M. fr. Vic.te Ferrer Cath. de la Univ. de Valencia.

8 Joseph Barrio

[Left margin, written vertically:] ... sacrilegium non est docente Doctorum. Hic ... [illegible] ... 1720 ... Jacobi Barrus